

ter actę quam in conspectu eorum omnium ventilatę, et ipse, si fecerit, coherceatur a fratribus. Criminationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et inrepraehensibiles aparuerint et actis publicis docuerint omni se suspitione carere et inimicitia atque inrepraehensibilem fidem ac conversationem ducere. Nec non et peregrina negotia et iudicia prohibemus, quia indignum est, ut ab externis iudicentur, qui provinciales et a se electos debent habere iudices. Nos quidem ex omni parte arripiendo occasiones abscedimus; nos superne memores disciplinę quibuscumque cadentibus dexteram porrigimus et a ruinę praecipitio, quos possumus, relevamus et defensionis amminiculum totis viribus praebere cupimus. Certe vel si mens sit recta conscia, vindicta dignus est, qui alii existit causa periculi. Qui vero innocentem vel fratrem quocumque ingenio persequitur, ipse iugulum mortis inpingit, ut ait divinus et beatus praeco: Noli detrahare, ne eradiceris. Noli accusare, ne acuseris. Noli iudicare, ne iudiceris, quia in quo iudicio iudicaveris, iudicabitur de te. Nemo creditur non odisse, quorum relatione non leditur. Dicit enim dominus: Omne regnum in se divisum non stabit, et omnis scientia et regula adversum se divisa non stabit. Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis ortatus, nihil per contentionem agentes, sed omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus pareatis.

<C. 13> IN DECRETALIBUS ANICII PAPAE DE METROPOLITANIS^y CONTUMACIBUS, QUI FUIT TERTIUS DECIMUS POST PETRUM.

Metropolitanus autem episcopus nihil de coepiscoporum causis aut aliis communibus iuxta statuta apostolorum absque cunctorum illorum^z agat consilio; nec illi, nisi quantum ad proprias parrochias pertinet, sine suo. Quoniam tali gaudet ex concordia altissimus et gloriatur in membris

y) Beginn fol. 6^v B. z) korr. aus illirum B.

263 comprovinciales Pitt. 264 carpiendo occasiones PsIs; arripiendo accusationes Pitt. 265 qualemcumque PsIs (aber quibuscumque E97). 267 recti PsIs; Pitt. 276 ad omne PsIs; Pitt.

<C. 13> 278-304 Ps.-Anicetus (JK † 57) c. 2-4, mit teilweiser Aufnahme der Inschrift und Rubrik wie in N442; O93 (polemisch um CONTUMACIBUS erweitert, siehe oben S. 34). Ed. HINSCHIUS S. 121 Z. 6-9, 13-31; ed. SCHON 027.htm. Darin 299 Matth. 23, 11; 300 1. Ioh. 4, 7-8. Die drei c. sind auch im Pitt (c. 4) und wortgleich in der Rotula proluxa Hinkmars von Laon vorhanden, ed. SCHIEFFER, Streitschriften S. 67 Z. 23 - S. 68 Z. 6 (bzw. S. 397 Z. 36 - S. 398 Z. 16).

Abweichungen: 281 Ipse autem archiepiscopus nihil de eorum (aber ebenfalls coepiscoporum Pitt) causis PsIs; Pitt. 284 ex fehlt PsIs.